

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Philippi Melanchthonis Grammatica Latina**

**Melanchthon, Philipp**

**Wittebergae, 1621**

Caput XIV. Syntaxis verborum cum accusativo

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-112308)

## CAPUT XIV.

SYNTAXIS VERBORUM  
cum Accusativo.

## REGULA I.

1. \* Activa Verba omnia, Accusativum<sup>1</sup> patientis asciscunt. ut:

<i>Amo Deum.</i>	<i>Honora parentes.</i>
<i>Aro terram.</i>	<i>Bibo vinum.</i>
<i>Nosce teipsum.</i>	<i>Cedo librum.</i>

Sic & Deponentia, quæ Activè significant. ut:

2. *Amplector virtutem. Seqvor<sup>2</sup> Ducem.*  
3. *Imitor Ciceronem. Morsu depascitur<sup>3</sup> artus.*  
2. *Æn.*

† Excipe, *Benedico, Maledico, Persuadeo, Nubo, Insidior, & quædam alia*, quæ Dativo junguntur. Ea usus docebit.

## REGULA II.

1. † Neutra quædam, imitatione Græcorum<sup>1</sup> asciscunt Accusativum vel suæ originis, vel cognatæ significationis.

2. Sui originis. 2 ut:  
*Servio servitntem. Plaut. Persa.*  
*Furit furorem. 12. Æn.*  
*Bello bellum. Liv.*  
*Erro errorem. Gell.*  
*Ludo lusum. Ter.*  
*Gaudeo gaudium. Cæl. 1. 8. ep. 2*  
*Pugno pugnam. Plaut.*

Somno



*Somnio somnium. Plaut.*

*Noceo noxam. Liv.*

*Iuro iusjurandum. Cic. 5. ep. 2.*

Cognatae Significationis, 3. ut: 3.

*Eo, Repo, Carro viam, Stadium, mille passus.*

*Pastillos Rufinus olet, Gorgonius hircum. Hor. 1. sat. 2.*

*Olet lucernam. Præluceo bonam spem.*

*Vivo etatem, Bacchanalia. Iuro Iovem lapidem.*

*Dormit somnum Epimenideum. Navigat æquor.*

*Redolet antiquitatem. Vineta crepat mera. Hor. 1. 1. ep. 7.*

Idem faciunt & Deponentia, quæ Neutraliter significant. ut: *Seqvi sectam.*

*Præliari prælium. Mori mortem.*

NOTA. Δ I. Accusativus in Ablativum<sup>4</sup> 4. aliquando vertitur. ut:

*Diu videor vita vivere. Plaut. pro vitam.*

*Morte obiit repentina. Svet. Aug. 6. 4. pro, mortem.*

*Non licet recta ire via. Seneca pro, viam.*

Δ II. Neutra<sup>5</sup> & Deponentia frequenter 5. regunt Accusativos Pronominum Relativorum vel Demonstrativorum, & Nominum Indefinitorum. ut: 6.

*Propter te hæc pecco. Plaut.*

*Ne quid peccetis, paveo. Plaut.*

*Illud non dubito. Cic. 1. ep. 15.*

Δ III. Neutra, quæ Accusativum suæ originis aut cognatæ significationis admittunt,<sup>7</sup> sæpè etiam in Tertia persona Passiva usurpantur, præcedente Nominativo. ut: 7.

V 3 Pugna

AXIS VERBORUM

PUT XIV.

IS VERBORUM

Accusativo.

REGULA I.

omnia, Accusativum

ut:

Honora patrem

Bibo vinum.

Cedo librum.

gentia, quæ Activa

em. Seqvov 2. Blau

s. Morja depascent

2.

medico, Maleduco, Per-

ssdam alia, quæ Depon-

cebit.

REGULA II.

in, imitatione Gram-

ativum vel suæ origi-

onis.

originis. 2. ut:

Plaut. Persa.

En.

7.

Cel. 1. 8. ep. 2

Plaut.



*Pugna, summâ contentione pugnata. Cic. pro Mur.*

*Prælium malè pugnatum à suis Regem terrebat. Sal. lug.*

*Tota mihi dormitur hyems. Martial.*

*Nunc tertia vivitur ætas. Ovid.*

Sic Evigilo, Festino, Propero, & quedam similia, quia interdum Transitive cum Accusativo usurpantur, etiam in tertiâ personâ fieri possunt passiva. ut:

*Quos studium cunctos evigilavit idem. Ov. 1. Trist. Evigilata tuis cogitationib. consilia. Cic. 9. Att.*

*Quas induat illa Festinat vestes. Ov. 2. Met.*

*Nec virgines festinantur. Tacit.*

*Quicquid agit, properat omnia. Plaut. Pæn.*

*Nisi voluntariam mortem properavisset. Tac. 1. 2.*

*Delubra occultâ celeritate properantur. Plin.*

## REGULA III.

† Construuntur cum Accusativo vel Ablativo aliquando Verba Composita, vi Præpositionis cum qua sunt composita. ut:

*Adeo patrem. Villam prætereo sciens. Ter. Eun.*

*Transiit metam. Prætervecti sumus scopulos. 5. Æn.*

*Ejecit eum sedibus suis. Pedem porta non extulit. Svet. Tib.*

*Quanta spe decidi. Ter. Magnis tamen excidit ausis. Ovid.*

Ali-

Aliquando  
res. ut:  
dicendo ad præfiss.  
Ejus est mari.

R  
† Quæ men  
frequentè Acc  
vo cum Verbis  
Quam abesse  
15. ep.  
Herina filia La  
dico p.

Ne longè inter  
Ingribus; no  
Ovi

Bidui spacio a  
Δ Aliqua  
Casui, ut:  
Murrino ca  
Quam à mil  
lib.

† Cetera q  
Accusativos  
rum Rei, ut:  
Ducote litera  
Nulla salus bell  
Etiã quan  
personam au  
Appositione,



Aliquando expressè adduntur Præpositio-  
nes. ut:

*Accedo ad pedessequas. Incidit in febrim. Cic.*  
*Ejectus è mari. Milites ex oppido jussit*  
*exire. Casf.*

REGULA IV.

† Quæ mensuram aut spacium significant,  
frequenter Accusativo<sup>1</sup> Casu, rarius Ablati-  
vo cum Verbis junguntur. ut: 1.

*Quum abessem ab Amano iter unius diei. Cic.*  
15. ep. 4.

*Hercinia silve latitudo novem dierum iter expe-  
dito patet. Casf. l. 6. bell. Gall.*

*Nec longis inter se passibus absunt. 11: Æn.*

*Iugeribus, novem summus qui distat ab imo.*  
Ovid.

*Bidui spacio abest ab eo. Planc. Ciceroni.*

Δ Aliquando Præpositio<sup>2</sup> addicatur utrivis  
Casui. ut: 2.

*Murrhino capaci ad sextarios tres. Plin. 37. 2.*

*Quum à mille ferè passibus castra posuisset. Liv.*  
lib. 4. dec. 3.

REGULA V.

† Certa quædam Activa<sup>3</sup> sunt, quæ duos  
Accusativos asciscunt, unum Personæ, alte-  
rum Rei. ut: 4.

*Doceo te literas. Celo te culpam.* 4.

*Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes.*

Etiam quando uterque Accusativus<sup>5</sup> eandē  
personam aut rem, sive per ἐπεξήγησιν, i. e.

Appositionē, sive alia declaratione notat. ut: 5.

*Appositionē, sive alia declaratione notat. ut: 6.*



*Judico te beatum. Petit hanc Saturnia munus.  
7. Dare filiam<sup>7</sup> uxorem. Renuncio te Magistrum.  
Plato Voluptatem appellat escam malorum.*

□ *Da precipua Verba prioris Ordinis?*

Doceo, Edoceo, Dedoceo, Erudio, Celo, Moneo, Admoneo, Rogo, Oro, Exoro, Precor, Flagito, Exigo, Posco, Reposco, Interrogo, Confulo, &c.

□ *Da precipua Verba posterioris Ordinis?*

Nuncupo, Appello, Nomino, Dico, Prædico, Voco, Habeo, Puto, Existimo, Judico, Designo, Creo, Declaro, Renuncio, Cognosco, Deprehendo, Reperio, Facio, Præsto, Præbeo, Do, Adjungo, Pero, Expeto, Sumo, Capio, Cupio, Volo, Desidero, Quæro, Jubeo, pro Creo, Seqvor, &c.

8. *NOTA. Δ I. Multa Verba, præter Accusativum personæ, asciscunt hos Accusativos<sup>8</sup> rei, Hoc, Istud, Illud, Id, Idem, Quod, Quid, Aliquid, Nihil, Nonnihil, Pauca, Multa, Unum, Duo, Tria: Sed idcirco non statim omnia quosvis alios admittunt. ut: 2*

*Illud me præclare admones. Cic. Att. l. 9.*

*Id amabo adjuta me. Ter.*

*Pauca pro tempore milites cohortatus. Sal. Jug.*

10. *Δ II. Doceo, Edoceo, Moneo, Admoneo, Rogo, Posco, Exoro, retinent Accusativum rei etiam in Passivo. ut: <sup>10</sup> Cato rogatus sententiam. Salust. Delectus iter melius. Hor.*

11. *Δ III. Interrogo, Percontor, Celo, Moneo, Admoneo, <sup>11</sup> Commoneo pro Commonefacio, Hortor: Item, Doceo, Edoceo, Erudio, pro Certiorem facio, sæpè pro Accusativo rei asciscunt Ablativum*

trum cum Pra  
de re te esse adon

Δ IV. Ve

præter Acculat

looz cum Pra

ant; Posco, Repo

Precor, Deprec

139, Percontor,

Non debeba

6. Vt

Omnia volo

lib. 3.

Sic & Rogo, O

rarius. ut: <sup>9</sup> N

lib. 13. 19.

Nunc me o

A

Ex his, t

Accusativu

postulant,

Onare iust

Frator exo

ven

Itaque ut f

At

Δ V. In

bent Acculat

lativo rei. ut

Informare,

genus

Inbuere aliq

gione.



tivum cum Præpositione DE, ut: <sup>12</sup> Putavi, *ca* 12.  
de re te esse admonendum.

Δ IV. Verba Petendi & Percontandi, præter Accusativum rei, ferè Ablativum personæ cum Præpositione A vel AB habent, ut sunt, Posco, Reposco, Flagito, Efflagito, Postulo, Precor, Deprecor, Peto, <sup>13</sup> Contendo, Exigo, Exigo, Percontor, Quæro, Scitor, Sciscitor. ut: <sup>14</sup> 13. 14.

Non debebam ego has literas a te poscere. Cic. 6. Verr.

Omnia volo à me & postules & expectes. Cic. lib. 3. ep.

Sic & Rogo, Oro, Exoro, Obsecro, Quæro, licet rariùs. ut: <sup>15</sup> Nunc à te illud primùm rogabo. Cic. lib. 13. ep. 15.

Nunc me orare à Vobis jussit Iupiter. Plaut. Amph.

Ex his, Oro, Exoro, Obsecro Obtestor, <sup>16</sup> post 16.  
Accusativum personæ ferè Conjunctionivum, postulant, intercedente UT. v. g.

Omare jussit heri [ te ], ad se ut venias. Ter.

Frater exoravit me ipsum, ut huc secum venirem. Cic. Att. lib. 1.

Itaque ut facias, te obtestor atque obsecro. Cic. Att. l. 11.

Δ V. Instituo, Informo, Instruo, Imbuo, habent Accusativum personæ tantùm, cum Ablativo rei. ut:

Informare, Instruere, Instituire aliquem In-  
geniis artibus, doctrina, literis Grecis.  
Imbuere aliquem bonis moribus, doctrina, reli-  
gione. V 5 Sic



Sic dicimus: *Docere aliquem fidibus. Cic.*

*Erudire aliquem artibus, institutis, præceptis,  
laboribus, disciplina.*

*Græcis literis satis doctus. Cic.*

*Mulier literis Græcis & Latinis docta. Salust.*

*Docere, Erudire aliquem ad aliquid.*

*Erudire aliquem in his vel illis rebus.*

## REGULA VI.

† *Jubeo* non tantum Accusativum rei asci-  
scit, sed interdum etiam Dativum vel Accu-  
sativum personæ. ut:

1. *Silentia jussit dextra.* <sup>1</sup> *Lucan. lib. 1.*
2. *Cæsar militibus suis* <sup>2</sup> *jussit, ne qui eorum viola-  
rentur. Cæs. lib. 3. de bell. Civ.*
3. *Filiam* <sup>3</sup> *jube potius. Ter. Heaut.*
4. *Rectè olim ineptum Delphicus jussit Deus  
Quarentem,* <sup>4</sup> *quisnam primus sapientum foret,  
Ut in ore tereti nomina eorum inscriberet. Aus.  
in lud. 7. Sap.*

Δ *NOTA.* Quando *Jubeo* idem significat  
quod *Decerno, Statuo, Creo*, tantum Accusati-  
vum rei vel personæ admittit, nunquam Da-  
tivum. ut: <sup>5</sup>

5. *Populus Romanus legem jussit de civitate tribu-  
enda. Cic. pro Cornif.*

## REGULA VII.

† Verbum *PATIOR*, regens Accusativum  
substantivi, circumloquitur Verbum Passivum  
vel Neutrum eiusdem Substantivi. ut:

*Pati obsidionem. Liv. l. 7. dec. 4. pro Obsideri.  
Pati stuprum. Justin. l. 9. pro stuprari.*

*Pati*



*Pati tyrannidem. Justin. l. 16. pro tugavev'sedz.*  
*Pati lucem & timorem. Val. l. 1. Arg. pro, Vi-*  
*vere & Timere.*  
*Pati occasum. Claudian. Gigant. pro occidere.*  
*Paticultus. Ovid. 1. Fast. pro Coli.*

CAPUT XV.

SYNTAXIS VERBORUM

cum Ablativo.

REGULA I.

\* Passiva verba omnia Ablativum <sup>1</sup> agentis  
 asciscunt cum Præpositione <sup>2</sup> A vel AB. ut:  
*Laudatur ab his: culpatur ab illis. Hor. l. 1. sat. 2.*  
*Ego quoque à meis me amari & magnipendi*  
*postulo. Ter. Ad. 5. 4.*

1.  
2.

Sic etiam Neutra atque Deponentia pas-  
 sive significantia. ut:

*Liquescit à Sole. Salve ab amicis.*  
*Perit ab Hannibale. Mori ab ense, Lucan.*  
*Vapulat à Magistro: Rem atrocem à servis suis*  
*passus est. Plin.*

† Excipe, *Oblector & Delector*, quæ sine  
 Præpositione Ablativo junguntur. ut:

*Oblectari ludis. Cic. pro Mur. Delectari decla-*  
*matorio genere. Cic. l. 3. Q. Fr. Crimnibus in-*  
*ferendis. de Amic. Cogitatione speq. pro Arch.*

Δ Cicero tamen etiam dixit: *Delectari ab*  
*aliquo. in Or: Delectari in aliquo re. l. 1. Fin. &*  
*2. de leg.*

REGULA II.

Δ *Facio, Fio, & Futurus sum*, peculiari si-  
 gnifica-